

SCRIPTA

Numéro Scripta : 3847

Auteur(s) : Philippe III le Hardi, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Saint-Mathieu (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1278, février

Lieu d'émission : Paris

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [III], roi de France, accorde aux sœurs de Saint-Mathieu près de Rouen de posséder leurs acquêts qu'ils ont faits depuis 30 ans dans les baillages de Rouen, de Caux et de Vernon.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 913, p. 222.

Texte établi d'après a

Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos religiosis mulieribus sororibus Sancti Mathei juxta Rothomagum, ordinis Fratrum Predicatorum, intuitu pietatis, et ob remedium anime nostre et animarum inclite recordacionis precarissimi genitoris nostri Ludovici regis, et Ysabellis regine quondam uxoris nostre, et predecessorum et amicorum nostrorum deffunctorum, concedimus, quantum in nobis est, et volumus quod ipsi religiosi sibi et monasterio suo retinere possint, in perpetuum tenere et pacifice possidere, sine coactione vendendi vel extra manum suam ponendi, salvo tamen in aliis jure nostro et jure eciam in omnibus alieno, acquisita per ipsas in Rothomagensi, Caletensi et Vernonensi balliviis a triginta annis citra, tam in feodis quam retrofeodis nostris, quittato eis jure quod nobis debebant juxta tenorem ordinationis nostre, que acquisita sunt hec : videlicet, apud Villarum Le Chambellain, tam in hominibus quam in possessionibus, triginta libre turonenses anui (sic) redditus, ex dono deffuncti Petri Cambellani, militis ; item, super molendinum de Altifago, decem libre turonenses redditus, ex dono Cambellane de Tancarvilla ; item, apud Ementruville juxta Rothomagum, viginti quinque solidi redditus, ex vendicione magistri Johannis Pignel ; item, apud Sotevillam juxta Rothomagum, duodecim solidi touronenses (sic) redditus, ex vendicione Nicolay Louvel ; item, apud Glapion, circiter septem libre touronenses redditus ; item, apud Hauville, sexaginta boisselli avene, duodecim boisselli frumenti quatuor capones et quatuor denarii turonenses redditus annualis ; insuper, volentes dictis sororibus facere gratiam amplioem, concedimus eis quod possint annuatim ponere et habere libere et quiete in foresta nostra de Roboreto a (sic) pasnagium quadraginta porcos ultra illos sexaginta porcos quos ex concessione inclite recordacionis karissimi genitoris nostri Ludovici regis habere possunt ibidem, ita quod, si in dicta foresta Roboreti aliquando pasnagium non fuerit, ipse poterunt dictos quadraginta porcos miterere ad alias forestas nostras ubi tunc pasnagium fuerit, sicut alios sexaginta porcos predictos. Quod ut ratum et stabile permaneat in futurum, presentibus

litteris nostrum fecimus apponi sigillum. Actum Parisius anno Domini M° CC° septuagesimo septimo, mense februario.